

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Prima Fax Lugubris, De Mortis Declinatione, Genere, Numero, Casu, Ad
Suggrundarium Probissimi Ac Scitissimi Adolescentis, Andreeae Jacobi
Teichmanni, Anno 1734. d. 25. Januar. Accensa Ab Episat Makariu**

Rostochii: Adlerus, 1734

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774705361>

Druck Freier  Zugang



Jn A. J. Teichmann.

Rostock 1734.

PRIMA
FAX LUGUBRIS,
DE
MORTIS
DECLINATIONE, GENERE,
NUMERO, CASU,
AD
SUGGRUNDARIUM
PROBISSIMI AC SCITISSIMI
ADOLESCENTIS,
ANDREÆ JACOBI
TEICHMANNI,

Anno 1734. d. 25. Januar.

ACCESA

AB

Eriſatiy Maſaſi.



ROSTOCHI;

Typis IO, IAC, ADLERİ, SEREN, PRINC, & ACAD, Typograph,

28



PROLOGO.

DE Morte quid differam, non video. Mors est non ens, seu ens privativum. Est enim corruptio ad corruptionem (a). Unde in se spectata, quatenus est destructio vita, omnino est mala (b). DEUS ἐνέγκει την θανάτον mortem & peccatum non fecit (c). Non entis nullæ sunt affectiones. Cujus si quasdam sibi aliquis fingere anniteretur, impossibile quid susciperet. Impossibile vero posse, est non posse. Nec mirum. Nam quid βίος, nisi βία vis & molestia? Quid σώμα nisi σῶμα sepulchrum? Quid γένεσις, nisi εἰς τὴν γῆν γέννωσις, in terram dejection? Si hæ sunt entis, quæ sunt non entis affectiones? Obmutesco fane! Non ens est causa non entis. Hæc super paenulam videntur posita. Verum est ita. Peccatum est causa mortis. Illius captiosa existebat argumentatio. Hujus tactis vix ac ne vix quidem præmissis ultima se ingerebat conclusionis catastrophe. En Prologum & Epilogum! En Medium negationis Aristotelicum Satanam! Hic quidem de neutro participabat neque de hominis morte neque de vita. Ast Solamen misericordis sociumque habuisse malorum. Etsi non in totum, saltem in tantum. Sic homo consequbatur mortem. Non autem propter mortem creatus erat. Nec hodie ob eam natus est. Cum mors non proprie, sed tralatitie sit hominis finis. Risu ob id dignum POETAM EURIPIDEM conqueritur Philosophus (d). Nam omnis natura

ROSTOCKI
LIBRARIJ, ETATI, HINC SAGACIA DEDICATA.

natura abhorret a corruptione sui. Est igitur mors naturæ finis, non poena (e). Sed de morte Specialius. Non entis affectiones Metaphysicas, Entis physicas deproperabo. Tunc NOSTRO jam BEATO multa de constructionibus in plurali præfatus, nunc de dissolutione in singulari corporis & animæ in hacce luctuosissima panegyri Paren-
ti Filli optimi defuncti dicturus pauca.

(a) Conf. D. G. MORHOFII Dissertt. Academ. & Epistol. qua Ap-
pendic. Diff. I. de Essentia Quinta Cap. II. pag. 599. (b) J. F.
BUDDEI Elementa Philosoph. Practic. Cap. IV. §. XIII. p. 131.
(c) JOH. MEISNERI Colleg. Theol. MSC. Artic. & Creat. qv.
I. VII. (d) L. 2. C. 2. G. (e) CIC. Orat. pro T. A. Milone,
Cap. XXXVII.

QVÆSTIO I.

Mors cuius Declinationis? Responsio: Nullius.

Est enim Mors indeclinabilis. Parum abest quia quem mortuum quereris & queraris hominem. Eadem lege & nascimur & morimur. Neque magis novum hominem mori, quam nasci. Est homo quasi medium participationis Aristotelicum vitam inter & mortem ut duo extrema: Momentum hominis continetur in primo & ultimo die. Non refert parum, quo auspicio illud inchoes & quo fine concludas. Fortunatus cui accepisse lucem prospere & reddere placide contigerit. Sic vita tempus præteritum, præsens & futurum habet. Præteritum autem & futurum nihil sunt. Est quippe utrumque obscurum & fati involutum tenebris. Præsens aliquid lucis spirat. Vix autem coepit, sic definit & lugubriter exspirat. Nascimur ob futura, vivimus ob præsentia, denascimur ob præterita. Sic vita est non sine morte. Non absimilis Scintillæ in obscuro paulisper discurrenti conclavi. Ubi definit lux, ibi incipiunt tenebrae. Flebilis accessus, variabilis processus, lugubris recessus. In idem cum perimoto punctum quo incipit, definit. Media in vita invita sæpe exspirat gloria. Nullus non incedit vitam per mortem

ut portam ad portum. Ordine, non sine variamus. Ille quidem aliquando turbatur. Hic vero est unus idemque! Mors neque tempus neque personam respicit:

Tendimus hoc omnes, metam properamus ad unam.

Mista Senum ac Juvenum densantur funera. Nullum

Sæva caput Proserpina fugit.

Cuilibet igitur indeclihabilis. Cujusvis vitæ adeo ut fabulæ mors CLAUSULAM, si BONAM, BENE, imponit. Non est igitur ut doleas in ejus conditione te esse, in qua nemo non est. Unusquisque reformidat mortem, cum tamen ab ipso momento vitæ mortis esset Candidatus. Mors quid igitur abest, ut sit ejus promotor. Unde mirandum senes tot miseriis quot annis onustos aliquando vel mortem timere. Sic quidem omnis homo vitæ cupidus etiamsi infornatus. Mortem cupide adventantem fugit. Idiota. Mors pessimos dies optimis commutat. Mors omnibus certa, hora incerta. Bene illud: *Junge Leute können, alte Leute müssen sterben.* Utrumque propter abhinc abire;

Omnes una manet nox.

Et calcanda semel via letibi.

Fata manent omnes, omnes expectat avarus.

Portitor.

Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Stat sua cuique dies breve & irreparabile tempus.

Omnibus est vitæ.

Omnis caro sicut vestis veterascit. Nemini blanditur mors. Sic sequitur pede pulsat Regum turres & pauperum tabernas. Magnos parvos terit. Fortibus æquat imbelles, populo duces, Juventæ Senium. Mors æquat quos vita distinxerat. Moritur autem adjunctum non subiectum i. e. miseria hominis non homo. Sic moritur & non moritur homo. Cum vita beata collocata, est satis longa. Virtus namque extendit

tendit ætatis æræ spatiū. ALEXANDER MAGNUS apud CURTIUM se meriebatur non ætatis spatio, sed gloriæ. Teneamur igitur mortis desiderio. Ante mortem nemo beatus, bene autem post mortem. Quivis autem cupit non mortuorum sed viventium post hac numero adscribi. Quis adeo declinabit MORS?

QVÆSTIO II.

Mors cuius Generis? Responso.

Generis Omnis.

Non tantum generis Masculini, verum etiam feminini. Masculis sequitur Masculam. Mascula sequitur Masculum. Sic Mors est generis communis. Cum utr' usque par est ratio. Uterque morti maturus. Nullius præmatura. Æqua omnibus. Respectu adjunctorum est generis omnis. i. e. allerley art. Aliquando enim est repentina. Vira bene se gerentis, est secura, mors acerba. Cujus vita nobis dulcis, illius mors amara. Piis mors non est mors. Impiis terribile omnium terribilissimum. Illis sumptus pretiosissimus tempus. Student quippe quomodo DEO vivant. Quotidiana eorum mors est æterna vita. Mors beata! Gloriofa nullius turpitudinis macula asperfa. Satis vivunt dum invicti in vita moriuntur. Aliis *autoxelia* s. voluntaria magis placet; aliis venenosa vel præceps. En mortem detestabilem. Sic moriuntur morte alii, alii viram vivunt. Ontempus mortis pretiosissimum impendium. Studiosus mortis est studiosus vitæ. Studeas adeo non tam morti Philosophicæ seu Platonicae, quam potius Theologicæ. Vira est temporaria & æterna. Mors temporaria & æterna. Opposita juxta se posita, elucentur. Væ morti spirituali. Benè in Dominō defunctis. Nostra mors non est satisfactoria pro peccatis nostris. Mors Christi te perditum redemit. Est mortis timor & metus. Metu mortis ferentur damnati. Mors est relatorum. Ruptor vinculi conjugalis. Dissecat Parentes a liberis & hos ab illis. Est eapropter omnis generis i. e. omnis indolis. Quod autem est generis omnis, id est generis neutrius. Sit itaque neque des Leibes noch der Seelen. Sic anima justi erit in manu DEI, neque tanger eam cruciatus. Esto

adeo Mors generis Masculini, Fœminini, Neutrius & consequenter generis omnis.

QVÆSTIO III.

Mors cujus numeri ? Responso :
Singularis, Dualis, Pluralis.

Mors est numeri *singularis*. Non ebro TACITUM mors in plurali adhibentem. Quilibet moritur in Individuo. Vita una. Mors una. Twee Døde kan keener starven. Mors divitis non est mors Lazari. Reus est homo mortis. Mors mitior in singulari, quam plurali. Parcens duali, licet infensa singulari. Moritur corpus, non homo cum corpore. Deserente nos anima, non omnes morimur, sed pars illa, per quam (ut PLATONICI loqui amant) id sumus quod sumus, pro nobis vitæ possessionem retinet. Apage hic ACADEMICORUM cohors in perpetua τῆς ὑπολήψεως αἰτίᾳ seu fallacia subsumptionis versans. De qua ARISTOTELES (a) ita κατὰ τὴν ὑπόληψιν γίνεσθαι τὴν αἰτίαν. Valet hic: Homo non potest declinare MORS. Ergo nec hic, nec ille, nec iste potest declinare MORS. Est sane certissima & certo certior veritas. Potentialiter Mors quoque est *dualis*. Cum impium oporteat timere ven, der Leib und Seel verdeben mag in die Höhle. En mortem unam duorum. Est *pluralis*. Singularem comitatur Pluralis. Mors enim efficit lacrymas & singultus. Mors unius interdum mors plurium. Capite absctislo, moritur corpus, moriuntur membra. Eradicato trunco exarescent rami. Sic mors numeri singularis esse potest pluralis. Nulla mors numeri pluralis vero est sine singulari & duali.

(a) II. Prior, Cap. 21.

QVÆSTIO IV.

Mors cujus casus ? Responso :
Incerti.

Nam

Nam

*Regitur fatis mortale genus,
Nec sibi quisquam spondere potest
Firmum & stabile. Perque CASUS
Volvitur VARIOS semperque nobis
Metuenda dies.*

Cesset CÆPOLLA cum suis cautelis. Est quippe adeo astutus creditor, qui fructibus conjugii ereptis termino vitæ divinitus constituto & elapso balbum ipsum tollit e medio. Nec JCTus providissima licet cautione evitare valet mortis contagia. In nulla quippe vis humana unquam meruisse potuit, ut præscriptum fatalis ordinis non fiat. Ad fatum suum veniunt multi id ipsum dum timent. Certa namque sors si est decreta, quid cavere proderit. Sic terminum decretorium & peremptorium nullus nulla arte artis Magister potest *declinare*, multo minus evitare. Melior tamen est *casus rectus*, quam obliquus. Nam in *Genitivo* Mors est peccaminosa sicuti vita. In *Accusativo* est mors furum. In *Ablativo* est mors capitis ablati. Verum in *Nominativo* mors submergitur aquâ baptismali nobis demortuis morte æterna vitam beatam reconciliante. Flestamus ideo Mors grammaticæ declinando;

Mors, Mortis, Morti, Mortem ni Morte tulisser &c.

(Christus scilicet,) si non procedit physice ut declinemus Mortem. Id quod Defunctus suo CASU nos sat luculenter docet. Est enim jam cœcumenica moriendi necessitas. Positæ sunt pedicæ mortis ferales. Per omnes casus tendiculis hujus peritissimi aucupis alligamur, impedimur, implicamur, constringimur. At festina lente. In gratiam Parentis Lucretiosissimæ *Apostrophen* Patrio Sermone conscriptam adjungere libuit, in quo ostendi, Ejus Beate Defunctum Filium eheu desideratissimum, qui verum expertus est Apophtechma Comici: οὐ φιλεῖ θεός αποθνήσκει νέος, omnia substantiva declinare valentem, non potuisse tamen haec tenus declinare MORS, vocabulum Ipsi & Nobis omnibus indeclinabile. Mors autem non declinando, vitam accepit, hujus indeclinabilitatis coronam. Contra injurias vitæ beneficium mortis habet. Vitam morte amittens plus, quam amisit, obtinuit.

AP-

APOSTROPHE.

S du entseelter Leib ! du Blume zarter Jugend,
 Die du zur Welt gebracht die Hoffnung reisser Jugend,
 Will Gott der grosse Gott, drum schick dich nummehr dreit,
 O Mütterliches Herz, was wilsn traurig seyn ?
 Du Deiner Eltern Lust, Du Trost von wenig Jahren,
 Du bist nun immerhin, auf Deiner Trauren-Baaren
 Wirstu von dieser Welt ins kalte Grab gebracht,
 Da wo die Ewigkeit der Eitelkeiten lacht.
 Du Herzgeliebter Sohn ! Dem Faden schwaches Leben,
 Das macht uns zu betrübt; gleichwie die süßen Neben
 Den Welt-gerühmten Säff zu gießen willig seyn,
 So kommt uns dieses auch als heisse Jahren ein.
 Wir weinen um den Tod der Dir zu zeitig kommen,
 Und Dich aus unser Haus so eyligst weggenommen,
 Ja eyligst, Liebster Sohn ! Du warst kaum auf der Welt
 Auf dem betrübten Platz, und bist schon hingefällt.
 Doch solches ist Dem Glück; weil wir auf Erden leben,
 So muss der Muht, der Sinn, in Angsten, Sorgen schwelen,
 Bey falsch vermeyster Lust. Sieh wie fast alles brennt,
 Da öfters Krieges Noht die besten Freunde trennt !
 Wer hat doch nun allhie was Gutes mehr zu hoffen,
 Die Jugend liegt zu Bett, die Thüren stehen offen
 Den Lastern dieser Welt, wohl dem der sich GOTTE giebt,
 Dem ist der Tod kein Tod, weil ihn der Himmel liebt.
 Und so dann kan er bald dem Unglück frey entkommen,
 Wann er von Gottes Hand im Himmel wird genommen,
 Gleichwie Du Lieber Sohn, GOTTE helf uns auch so fort,
 Aus diesem Trauer-Saal, an den gewünschten Ort.




• APO.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn774705361/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774705361/phys_0016)

DFG



ut p ortam ad portum. Ordine, non sine variamus,
quando turbatur. Hic vero est unus idemque ! Mo
neque personam respicit :

*Tendimus huc omnes, metam properamus
Misera Senum ac Juvenum densantur funer
Sæva caput Proserpina fugit.*

Cuilibet igitur indeclinabilis. Cujusvis vitæ adeo CLAUSULAM, si BONAM, BENE, imponit. Non leas in ejus conditione te esse , in qua nemo non ei reformidat mortem , cum tamen ab ipso momento v Candidatus. Mors quid igitur abest, ut sit ejus p mirandum senes tot miseriis quot annis onustos alii tem timere. Sic quidem omnis homo vitæ cupidu natus. Mortem cupide adventantem fugit. Idiota. dies optimis commutat. Mors omnibus certa , ho illud : *Junge Leute können, alte Leute müssen ster* oporter abhinc abire;

Omnis una manet nox,

Et calcanda semel via letbi,

Fata manent omnes, omnes expectat

Portitor.

Omnia sub leges mors vocat atra sua

Sunt sua cuique dies breve. & irrepar

Omnibus est vitæ.

Omnis caro sicut vestis veterascit. Nemini blanditus pede pulsat Regum turres & pauperum tabernas. terit. Fortibus æquat imbellis, populo duces, Juvent æquat quos vita distinxerat. Moritur autem adjuratum i. e. miseria hominis non homo. Sic moritur homo. Cum vita bene collocata, est satis longa. V

tendit ætatis æræ spatiū. ALEXANDER MAGNUS apud CURTIUM se meriebatur non ætatis spatio, sed gloriæ. Teneamur igitur mortis desiderio. Ante mortem nemo beatus, bene autem post mortem. Quivis autem cupit non mortuorum sed viventium post hac numero adscribi. Quis adeo declinabit MORS?

QVÆSTIO II.

Mors Generis? Responsio
eris Omnis.

Non lini, verum etiam fœminini. Masculi sequitur Masculum. Sic Mors est ratio. Uterque morti manus. Respectu adjunctorum est enim est repentina. Vita cuius vita nobis dulcis, mors terribile omnium opus. Student quippe mors est æterna vita. Quidam macula asperfa. Satis videtis autoxenia s. voluntaria. En mortem detestabilem. In morte vivunt. O tempus mortis præmoris. Mortis est studiosus vitæ. Studeas philosophia seu Platonica, quam potius Theologia & æterna. Mors temporaria & æterna. Opposita inveniuntur. Væ morti spirituali. Bene in Dominino defuncta mors non est satisfactoria pro peccatis nostris. Mors Certe perditum redemit. Est mortis timor & metus. Metu mortis ferentur damnati. Mors est relatorum. Ruptor vinculi conjugalis. Dissecat Parentes a liberis & hos ab illis. Est eapropter omnis generis i. e. omnis indolis. Quod autem est generis omnis, id est generis neutrius. Sit itaque neque des Leibes noch der Seelen. Sic anima justi erit in manu DEI, neque tanger eam cruciatus. Esto adeo.

